

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Penitencia h
cum fonte primo

Iugum meum leue est et sarcina
mea leuis.

Hec sarcina non est pondus onerati, sed
ale sunt uolatori. Habent enim et aues
pennarum suarum sarcinas.
Et quid dicimus?

Portant illas in terra, portantur ab illis in
celum.

Augustinus super Psalmos.

Jugum enim meum lene est, et sarcina
mea levis

*est (Matth. xi, 28-30). Quid est, *levis*
est? Quid si habet pondus, sed minus?
plus habet avaritia, minus justitia?
Nolo sic intelligas.*

Haec sarcina non est pondus onerati, sed
alae sunt volaturi. Habent enim et aves
pennarum suarum sarcinas.

Et quid dicimus?

Portant illas, et portantur.

Portant illas in terra, portantur ab illis in
celo.

Augustinus Hipponensis, *Sermones*, 164,
5 (PL 38, col.898).